



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatæ, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de  
Antverpiæ, 1649**

§. 1. Transfigurat se Christus primò: in suæ diuinitatis probationem,  
Mysterium à millenis annis per Dauidem decantatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](#)

DOMINICA SECUNDA QVADRAGESIMA.

Ios. eam à tanto videt interiualllo, & stupefactus exclamat: Domine Deus meus magnificatus es vehementer, Hortauit nos ipsa ratio, vt & nos exagamur. Figura pulcherrima ad se trahit oculos intuentis. Qui dotibus formae; praeter ceteris egregius prodiit in forum vestibus oti atus magnificis, omnium ad se convertit oculis. Erat Ioseph aetate integra, decora facie, regio cultu splendidus circumvit urbem Heliopolos, omnes, nominatim tamen pueri, suos dilatabant oculos ut eum incidentem intuerentur; domoruni fenestrarum insidebant & eo viso uno in loco, ad alium duvertebant, manebantque, talis vultus eleganter videndae semper curiosi, immixtum satiræ. Ita capiunt quicunq; id quod de eo Pater dixit: Ioseph decorus est, filia discurreunt per murum.

Gra. 49. Mirabile factum erat in spiritu S. petrū vatem 22. Vide 17a. Ezechielēm Acceserunt quidam pictores in arte 22. 7. 8. 15. 16. 17. 18. sua peritissimi Hierusalem, & in parietibus efformarunt imagines nobilium Chaldaeorum, a leonibus ac expressis arti, & cœruleo squalore coloribus, tanto splendori gloriae tantâ, ut cum illos cernerent Hierosolymita coram amore ita incenderentur, ut affectu nimio eorum mentem perdiderentur, nec momento quidem oculos ab illis deflectebant, inas lecebant desiderio, atq; illo ex tempore hoc totum erat eorum studium, hæc cura, mittere nuptia dona, munuscula, suas personas, vitam si am, bona sua, illis quorum hic imagines exponebatur, confignare: Cum vidisset viros depictos in pariete, imagines Chaldaeorum, expressas coloribus, & accinctis baldeis renes, & tiaras tintas in capillis eorum &c. insinuit sapientia concupiscentia oculorum saeculum, & misit nuntios ad eos in Caldeam. O qualis nobis hodie explicatur figura, non inferior quam aeterni Patris: Qui cum sit splendor glorie, figura substantia eius. Vi talem ipse illum agnoscit, nobisque iubet, omnes illum recipiamus, & audiamus: Hic est filius meus dilectus, ipsam audite. En qualis elegantia, qualis splendor, gloria qualis, maiestas qualis. Omnia redolent, gloriam, spirant maiestatem, balant celsitudinem, liqueat nobis hodie dicere quod de sole spiritus S. Sol illuminans per omnia respexit, & gloria Domini plenaria est opus eius. Sol diuinus, qui omnia illuminat, exhilarat, & gloria Domini implet universa, cœlos latificat, unde Pater in voce descendit, & in nube spiritus S. splendidissima, limbus recreat, unde Moylen edicit; terrenum exhilarat paradisum, unde Eliam excitat; terram gaudio replete, inde secum assumens tres suos Apostolos Petrum, Iacobum & Ioannem quib; s opinatur

D. Chrys. omnes hominum status prafignari, & illuminans per omnia respexit. Gloria Domini plenaria est opus eius. Opus est gloria Domini plenaria. Cum autem adeo sit magnificum necessarium requiri, ut Dei s' obtutum nos sumus, que illud perseremus, illuminem. Multas congerunt SS. Do- Hom. 18. flores rationes, eis quod Christus hodie peregit, in Mach., quod videlicet finito illo acto statim Apostolis inhabuit, ne cui quod vidissent erraret, donec ipso a mortuis resurrexisset. D. Chrysost. credidit, quod hoc fecerit, ob tanum mysterium magnitudinem, quod ne ipsi possent verbis profere, nec intelligere audientes, donec veniens spiritus S. luce sua ac gratia, eorum intellectum ad tantum capientrum mysterium informaret, in his ut illud edicerent, in ceteris vero ut caperent. Oremus illum igitur illam nobis largiatur: ut luce eius, lucem hanc inuecamus, & gratia gloriae, illius splendorem; illam nobis celorum reginae impetrabit, illam igitur pia mente salutem. Ave Maria.

§. I. Transfiguratus se Christus primò in sua diuinatis probationem. Mysterium à milenis annis per Davidem decantatum.

A Deo præcessum, ac magnificum videbat: 2. D. hodiernum Transfigurationis mysterium Angelico Doctori D. Thomæ inter omnia vita Christi mysteria, ut ostensus summarum preservare, omnia miracula quæ Christus egit toto vita sua termino, nulla facta particulari de his quæstione, de hoc tamen mysterio singularem ac copiosem edidit tractatum, exponiens circa illud plurimas easque insignes quæstiones & graves enucleas difficultates. Et in iste quidem: est enim hoc mysterium tam singulare, ut prope omnes SS. Doctores, tam Graeci, quam Latini de illo tractatus habeant particulares. Inter alia que supponit D. Thom. hanc distinguens doctrinam, hoc unum reperio quoddam mysteriosum actus, ad duo nominatim plurimum contulerit. Primum: ad Christi gloriam secundum, ad nostram salutem, quam diuinalia bonitate tanti fecit tantoq; studio est profecitus, ut eam illi semper conseruerit, ut gloria quam sibi praetendebat, ad nostrum tendet emolumenii. Primum igitur in Christi maximam gloriam cessit hoc mysterium: eo quod in illo, & per illud probabatur naturals ac legitimus filius Dei, per multis testes, omnes irrefragabilis, qui mentiri non possunt, & ex omnibus partibus. Adeo de calo Pater aeternus prima veritas & vocem canora, sine villa suspicione de illo sic protestatur: Hic est filius meus dilectus, Advolat spiritus S. spiritu.

A 2.

180

HOMIL. XII. DE TRANSFIGURATIONE.

tus veritatis, in nubecula, & clara. Moyses egreditur de limbo quicunque vice, & voce omniū propheticarum, & auctorū Dei, idem confirmat de Christo testimonium. Terreno progradientur Elias paradiſo, tot amnis seruatus incolamus, ut testis securus ac fidelis subsiquaret. De terra Principes afflitti Ecclesiæ, Petrus, Iacobus, & Ieremie. Ob hanc rationem vocat D. Damascenus hoc mysterium. Deificatio: quia in eo conclusum Christi veradivinitas comprobatur: *Ibi vera cuius diuinitas comprobatur est.* Quinimo & ipse D. Petrus agit de illo mysterio, ut argumento irrefragabili, feceo & cetero Christi diuinitatis: *Non doctas fabulas feci, notam fecimus vobis Dominum nostrum I. suum Christum virtutem, & presentiam, sed speculatoris facti illius magnitudinem.*

I.  
Fabulæ  
Poëtarū  
noſtri  
probant  
mysteria.  
L. 1. de  
Cœlit. „  
c. 4.  
Subtili concludit ingenio D. Auguſt. quod nihil efficacius probet mundo, euile que sapientibus, vera de Christo mysteria, quam mendacia qua tam mundus, quam eius doctores, de suis Diis effinxerunt. Ut se ipſos Dij persecutionibus eriperent Tytholij, seu Typhai Principis Gigantum, qui eos vlique ad interiora Ægypti inflectabant, figuræ suas transmutabant, Iupiter in ouem, Bacchus in arictem, Mars in vulpem, Diana in cervum, Venus in aquilam, Iuno in vacan candidam, Mercurius in cygnum. Has omnes transfigurationes compoſuerunt mundi sapientes, ut mundo probarent ac persuaderent eorum diuinitatem, quocirea multas & stupendas confinxerunt transformationes, & transfigurationes. Transformarunt se modo Diomedes in auem, modo Iupiter in pluviam, seu aurum grandinem, modo in cygnum, modo in aquilam. Apollo in pastorem, Bacchus in pulcherriam ac rapidissimam vuam, Neptunus modo in ouem, modo in vitulum, modo in equum, Mercurius nunc in cygnum, nunc in iuuenem formâ prestantem; quod significatur volebant, quod intra se diuinâ poterent virtute, quâ tales faciebant transfigurationes fabulosas in tam varias formas, ac pariter hominibus persuaderent eos qualibet esse natura superiores, cuius claves seu potestatem in manibus suis possiderent, ad agendum in ea quilibet. Laudo transformationes illas ut ingeniosas, subtiles ac doctas, sub quarum speciebus, multa natura secreta declarabane, ex quibus mirabilia philosophiae naturalis ac membris exponebant, quo circa nudum illi tantummodo, sed & multi viri Sancti illa in lucem edidicunt, ut D. Fulgentius in suis Mithologis, D. Cletus mens Alexandrinus & plures alii autores habebant in declarandis doctis transfigurationibus,

licet fictis ac fabulosis, & quarum nulla veridicitas testibus probatur: *Dottas fabulas.*

Illi igitur ( inquit D. Auguſt. ) non vobis ratam facimus vetam Christi Domini nostri diuinitatem. Vos Deorum vestrorum assertis diuinitatibus ex transformationibus & transfigurationibus, quod si ille esse vera probarentur, vestro iudicio vera constaret Deorum vestrorum diuinitas, at quia haec transfigurationes legitimè probari non possunt, nec ipsa quocque eorum diuinitas vera esse comprobatur. Enim vobis diuinitatis Christi assertione; qui realiter ac vere seipsum transfigurauit, & haec transfiguratio constat probatissima. Non doctas fabulas feci, notam fecimus vobis Domini nostri Iesu Christi virtutem & presentiam. Illas vocat doctas fabulas, quas commenti sunt poëtae, quibus questiones Philosophia sublimissimas interveniunt, quos poëtas inscribant facros ac diuinos Theologos. Ex horum numero erant veteres illi Poëta Orpheus, Homerius, Hesiodus, Pindarus, & tempore quo haec sc̄ipti D. Petrus celebratissimi erant Virgilius, nominatum autem Ovidius, qui libros illes edidit Metamorphoseos, id est transformationum, quas Dij faciebant in seipsis, vel in alijs, ad diuinæ sua potentiae adstantiam, qui præcedentibus annis sub Augusto Cæſare, viuensali totius orbis applausu exceptis suis, erantque illi, qui ea tempestate manibus p̄tæ cæteris terebantur.

His alludit D. Petrus, q.d. quando tibi Transfigurationis Christi narratur historia, ne autunes, nec imaginaris, quod ingeniosas, subtiles, doctiores audias. Poëtas, qui versibus suis fabulosas transformationes suorum Deorum cecinerunt; licet enim illas dextero spiritu ac genio effuderint, ut Diis suis conciliarent autoritatem, quos intendebant honorare: nullo ramen eas testimoniis probare potuerint, potro non quidem unum offere quo carum certò sibi constaret veritas. Nos vero vobis enarramus Transfigurationem veram, certam, multis assertam testibus, & nos ipsi testes sumus oculares, qui praefentes adsumus: *Cum essemus cum illis, in monte sancto.* Non vobis hinc inde conquistis proferimus testes, sed illos ipsos, qui vidimus, & actui Transfigurationis interfuius, oculis nostris perspeximus, & ut tales certò depolare possumus hanc Christi transfigurationem, quam vidimus, que talis fuit, ut Christus communem suam ac passibilem figuram transmutarit in aliam singularem proflus & gloriosam: *Vi facies eius splenduerit ut sol, vestimenta eius facta sunt alba ut nix à magnifica gloria.* O qualis gloria, qualis maiestas, quals oportentia, quals

DOMINICA SECUNDÄ QVADRAGESIMÆ.

qualis celsitudo, illa, quam vidimus : *Magnifica gloria, ut gloria filij Dei,* ait D. Iohannes, quæ in se omnem gloriam omnesque Patris æterni diuinitas continebat : *Vidimus gloriam eisæ, quasi visigenit à Pare.* Et nos ipsi ipsam Patrem vocem audivimus, quæ clare & aperte illum, suum esse filium testabatur: *Hic est filius meus dilectus.* Hic D. AMER. optime quadrat D. Ambros. argumentum. Fin. 1. de xerunt philosophi variæ transformationes. Per Abr. 1. statuit illis diabolus Iacob & Mercurium esse ham. 1. Deos, ac per hoc sumperferunt licentiam, frana 3. T. 4. laxantes ingeñio, illis ea omnia scribendi, quæ impossibile erat illum habere, qui non sullen virtus Deus. Multa effuerunt blaterones, & constat eos illa confinxisse, cum probare non posseint. Admitte Christi maiestatem: multo enim maius est quod ipse veraciter agit, & in isto actu testibus comprobat, quām quidquid viquam f. 2. Iom. 3. bulis suis edidetunt semitari literati: *Mores et 4. 1. 1. 3. quæ illi finixerunt, quām quod ipse gessit, maioresque ambulios, mendacio simplex veritatis fides. Logitur de Abraham. Et Christus veraciter appropnatur. O qualis transformatio, qualis transfiguratio, quām magnifica, quām divina, quām certificata, vt euilem speculator Petrus dicat: *Nos 5. ipsi speculatori facti illius magnitudinis.* Et D. Iohannes: *Quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus & manus nostra contrafuerunt de verbo v. 2. Non credo lote incongruum arbitrii, quod iam à n. illenis annis David oculo propheticō viderit illud tam grande spectaculum, quod si ipse fateatur, quod eius Deus illuminans intellectum ad capienda Christi mysteria, vt ea tam clare, & remota omni figuratum vimina, viderit: 2. Reg. 23. Sicut lux aurora oriente sole, mane absque nubibus rutilat. Quod illi quoque Deus manifestè reuelat occulta Christi Domini nostri mysteria, quæ est increta Patris sapientia, cum dicat: *Incerta & occulta sapientia sua manifestabitur mihi.* Non sit verisimile, quod Deus hoc illi mysterium abscondenter, cum sit, vt diximus inter maiora eius mysteria facile maximum.**

4. Videligit rex David diuinam illam Transfigurationem, & eam versu voluit celebrare elegantiori, quo sapientissimos totius orbis poetas superaret, qui tanto humanæ sapientie falso falsas, suorum Deorum transformationes decantarent; vnde superna illa luce illustratus psalmum illum tot mysterijs grauidum compofuit, in quo clarius, semotæ omni lauria veram Christi confessus est diuinitatem, propter quam etiam si filius suus esse deberet, cum tamen nota Domini Ps. 109.4. num suum: *Dixit Dominus Domino meo meo &c.*

Deinde ait: *Tecum principium in die virtutis tuae, in splendoribus Sanctorum, ex viro ante Luciferum genui.* Dies virtutis Christi, censeatur esse dies Incarnationis & vite sue: hoc totum vocat diem, dicit autem diem virtutis, quem D. Paul. dicit diem carnis sua: *In dubio carnis fui. Hebr. 5.7.* Quia licet carnem assumperit debilem, passibilem & mortalem, in hoc ipso suam ostendit virtutem, quod de pœnis morte, ac infirmitate triumphant. Pronide Vates Isaías, eum cupercaens, vt rostram iudicaret carnem, sic roget: *Ista. 51.9.* *Inducere fortitudine brachium Domini.* Et ipse David, eum car'e vestitum intus de illo sic promunia: *Inductus est Dominus fortitudinem, & Ps. 92.1.* aliò loco carnem infirmam vocat gladium viatorum ac potentissimum: *Accingere gladio tuo Ps. 44.4.* super senum tuum potenissime. Domine ( iuruit David ) videt te die illo, cum horne factus, mundo apparuisti, nostra vestitus carne; te q' oque miror: quod tecum adducas principium: *Tecum principium. SS. Graci legunt: Tecum principium, tecum totum tuum defers principatum, totum regnum, maiestatem, nobilitatem, & regalem eminentiam. Nullus Rex aut terra monarcha secum defert aut intus habet regni sui maiestatem ait dignitatem: Hic solum habent iste, quod vos, quod ego, quod sumus omnes viiles vermiculi, & miseriarum cumulus, faciunt calamitatum, exteris illis amicitur id quod pertinet ad diuinis, ad maiestatem, gloriam, quod censibus abundant, cufledibus cinguntur, exercitibus stipantur, in perant eruditibus. Nullis eorum, quando prodit in hunc mundum, secum educit de ventre matris sue gloriam suam, dignitatem suam, suam maiestatem, regalem eminentiam. Tam pauper ac nudus in terram effunditur monarcha potentissimus ac tu, & iam omnium nodus hic ad sepulchrum egreditur, & quantumlibet Magnus sit, diceret potest cum Rege Job: *Nudus 6. egressus sum de Job 1.23.* vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Et cum Rege Salomon: *In ventre matris meæ figuratus Sap. 7.2.* sum caro, decem mensum tempore coagulatus sum in sanguine, ex semine homini & delectamento formi conuenient &c. Et primas vocem suulent omnibus eris plorans &c. Nemo enim ex regibus aliud habuit nativitatem initium. Natus iam illis amicitur Regum dignitas, quando eis fides ait obedientia iuratur, & opum affluentia, seu potestas imperandi.*

Tu autem Domine ( canit David ) tecum ducis tuum regnum, imperium ac maiestatem: tecum enim de ventre matris tuae hac omnia

A 3. contu-

contulisti & ut talēm confessi sunt tres Reges, qui te recens natum in incunablis procidestis adorauerunt, qui ex letri tuo lumine ac praeuiā stellā deducili quæsierunt: *Vbi est, qui natus es Rex Iudeorum?* Et dum hinc mortiens in cruce disculisti, non regno tuo, non maiestate tua nudus emigrasti: ob hoc quippe decrevit, spiritus tuus diuinus, ut te moriente cruci regius titulus affixus remanceret: *Iesu Nazarenus Rex Iudæorum.* Tocum esse regem contulisti, & vbi cumque es futurus, tota quoque foret maiestas, dignitas, & diuina præcellentia. Hac de causa (vt notat D. Cyril. Alexand.) Iussit Deus

*Exod. 26.* Moysi: *E tecum cortinas, & byssos retorta, & hyacintho ac purpura coccoque bus tincto, varia vas operæ planaria facies. Secum quas arca per iterum diutericula conferret: ut intelligamus, quod Christus Dominus noster, Dei arca thesaurorum, secum totam gloriam, maiestatem ac celestem deferret dignitatem. Nostra lectio habet: *Tecum principium.* Principium, quod ab solute illud nomen meretur, est esse diuinum, vera diuinitas, principium sine principio, principium omnis essentie, vite, potentie, & virtutis; & ad illud omnia reuocantur, ut ad primum principium, velut ad mare, omnia flumina, riu & aquæ: *Deus a quo bona cuncta procedunt.* Tecum, Domine Deus inquit David, defers, tenes, concilias veram diuinitatem, quando descendens de celis te ipsum pueræ calissimæ visceribus conclusisti, & in mundum puer natus prodijisti. Optimè munitus vestisti, tecum etenim totam Dei contulisti diuinitatem. At in quo David tibi hoc apparuit: vnde tibi haec confitit veritas: *In splendoribus Sanctorum.* Legunt Sancti & Greci doctores: *In splendoribus Sanctorum,* id est in splendoribus sanctis, puris, mundis, qui de vobis emanant. Hoc præ ceteris (inquit D. Hieron.) Christi manifestavit diuinitatem, quam intra se conclusam deferebat; nam rursum, splendoris quidam fulgentissimi diuinus, qui interdum de eius vultu radiabant, tales, qui soli sufficerent ut illis omnium ad se corda in sequelam & obsequium permouerent. Hinc patet (inquit Idem D. Hieron.) nec multum, nec admirandum, quod ad vocem eius vocem, *Matthæus* surgens eum fit fecerit, *ne illi solus, sed alij plerique: Certe fulgor ipse (inquit) & maiestas in eis.* & diuinitatis occulte, que etiam in humana facie res 21. Matt. lucebat, ex primo ad se videntes, poterat trahere affectu. Splendoris illi Christi tantam conciliavunt auctoritatem (ex praefato auctore) ut quoque Scribas ut canes recipieret, flagillis elimi-*

natos boum armenta, & ditissimos quoque Hiesnalem, non ausi fuerint obgängere: *Ignem enim quiddam ac fidereum radiabant ex oculis eius & diuinitatis maiestas lucebat in facie.* Hæc sunt (at David) Domini mihi, quæ me de diuinitate tua reddunt certiorē; illi praesertim, quos in monte Thabor i. vultu ac vestibus emissisti, radij fulgentissimi, diuini, reverendi; & quod vultum tuum contemplari soli coeqalem, corpus adeo lucidum, ut de luce, quam emitte, fulgentia, pulchra, regia, tua vestimenta videantur.

§. 2. Ostendit hic, quod veram in se coniuciat diuinitatem: eiusque splendor duxsus fuerit à splendore, quo claruit Moses.

**L** Vcidiū explicantur illi splendores, ex illa 3 differentia, quam notat D. Paul. inter Moysen & Christum, quam ad rem extendit D. Basili. Mihi Dominus Moysen ad po. 2. Cor. 3. pulum duabus illis tabulis lapidis honoratum, quibus inscripta legebatur lex Dei, ut cam populo promulgaret legem imperficiam, & deficitum, tot alperat pœnis, minis, ac supplicij, ut pleno ore diceretur lex mortis, & quod illis hac lege deserebatur, erat mortis portum, prema terribile: tota enim huic intendebat, ut decerneret, quicumque hoc vel illum fecerit, in hoc vel illo defecerit, moriarum. Ita notat D. Paul. illo nomine quo illam inscribit. *Ministratio mortis.* Nihilominus, ut scire, Moysen esse Dei ministrum, & legem, quam illis deserebat intimandam, ex suo scriptam mandato, ei diuimum suum splendorem communicauit, consutilem lucem tanta elanitatis in vultu eius, ut solis instar splenderet, tam fulgidos eiusvibrans radios, ut eum fixa acie populus minime posset inuiri, ut necessarium fuerit velum opponiere. Porro ut erat lux illa deforis affixa, paulatim deficiebat, evanescebat, obscurabatur, & brevi facies eius ad pristinam formam revetebatur, eratque aliud similes. Hoc verba illa immunt: *Gloria vultus eius, qua evanescatur;* ut ferro contingit, quod heet ferria: i. artemissime immissum, & carbonibus candentibus inieictum, rati calore ac splendore inardescat, ut ignitus esse carbo videatur: tamen ut calor est agglutinatus, & ex interno non oritur incendio, pedetentim remittitur & obscuratur, ut brevi instar alterius fenti simile appareat. Ita actum cum Moysè. Multis parangis debuit Christi gloria præcellere.

Mis